BENEDICENDI ET IMPONENDI

MATRIS DIVINAE PROVIDENTIAE

SCAPULARE

FACULTAS ET RITUS

Scansionato con CamScanner

BENEDICENDI ET IMPONENDI

MATRIS DIVINAE PROVIDENTIAE

SCAPULARE

Facultas et Ritus

Scansionato con CamScanner

EFFIGIES

BEATAE MARIAE VIRGINIS

MATRIS DIVINAE PROVIDENTIAE

QUAE

IN ECCLESIA SS. BLASII ET CAROLI

ROMAE VENERATUR

Scansionato con CamScanner

Superiores Collegiorum, in quibus Deiparae a Providentia Confraternitas erecta est, necnon Sodales ejusdem Confraternitatis Praefecti nulla indigent delegatione (Bullarium CC. RR. S. Pauli p. 311).

Scansionato con CamScanner

Congregationis CC. RR. S. Pauli
vulgo Barnabitarum
Praepositus Generalis

Dilecto nobis in Christo Sacerdoti

.....

Salutem in Domino.

Ex potestate, per autographum rescriptum Pii Pp. X, datum die 14 mensis Aprilis anni 1908, ad Deiparae a Providentia cultum in dies augendum, nobis concessa, ejusdem Scapulare, juxta proprium Congregationis nostrae ritum, cum indulgentiis idem Scapulare gestantibus, benedicendi et imponendi facultatem, Tibi, in locis ubi nulla Congregationis nostrae exstant Collegia, libenter impertimur.

In quorum fidem has sigillo nostro munitas, manu nostra subscripsimus.

Datum Romae in Collegio nostro S. Caroli ad Catinarios.

Die ..... mensis ..... anni .....

....

Praepositus Generalis

.....

Cancellarius.

Scansionato con CamScanner

RITUS

benedicendi et imponendi Scapulare in honorem MATRIS DIVINAE PROVIDENTIAE

Proprius Congregationis CC. RR. S. Pauli (Barnabitarum).

Suscepturus Scapulare genuflectit, et sacerdos stola alba indutus, capite detecto, dicit:

℣ Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟ Qui fecit coelum et terram.

℣ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟ Et salutare tuum da nobis.

℣ Domine, exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Dominus vobiscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Bene ✝ dic, Domine, hoc Scapulare in honorem sancti Pueri Jesu et Matris Divinae Providentiae institutum, ut qui eo induti fuerint, sapientia et gratia quotidie proficiant, et illorum misericordes oculos continuo ad se conversos habere mereantur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

℟ Amen.

Scansionato con CamScanner

Sacerdos aqua benedicta aspergit Scapulare, ac dein imponit dicens:

Accipe, frater (*vel* soror) Scapulare sancti Pueri Jesu et Matris Divinae Providentiae ut exempla utriusque propius sequendo, utriusque etiam protectione perfruaris. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Verbum caro factum est.

℟. Et habitavit in nobis.

℣. Invenerunt Puerum cum Maria Matre ejus.

℟. Et procidentes adoraverunt eum.

OREMUS.

Deus, cujus Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: praesta, quaesumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur.

Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus; ut, intercedente Beata Virgine ac Genitrice Filii tui Maria, noxia cuncta submoveas et omnia nobis profutura concedas. Per eumdem Christum Domiuum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergit indutum scapulari, aqua benedicta.

Scansionato con CamScanner

Rescriptum autographum Pii Pp. X.

Omnibus qui Dominae nostrae a Providentia Scapulare deferunt ac quotidie ter Salutationem Angelicam recitant, tercentorum dierum Indulgentiam semel in die et Plenariam semel in anno, die ab ipsis eligendo, consuetis sub conditionibus, concedimus.

Die 20 Januarii 1908.

PIUS PP. X.

Scansionato con CamScanner

CONGREGATIONIS

Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabitarum

—

Sanctissimus Dominus noster, clementer deferens supplicibus votis Rmi Patris Praepositi Generalis Clericorum Regularium Sancti Pauli, Barnabitarum, ab infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto relatis, suprascriptum ritum benedicendi atque imponendi scapulare in honorem Matris Divinae Providentiae, ab eadem Sacra Congregatione revisum ac dispositum approbavit; illudque benedicendi atque imponendi facultatem iisdem Clericis Regularibus Sancti Pauli benigne attribuere dignatus est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 Februarii 1908.

L. † S.

S. Card. CRETONI, S. R. C. *Praefectus.*

† D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Scansionato con CamScanner

Beatissime Pater,

Ignatius M. Pica, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, Barnabitarum, Praepositus Generalis, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, exponit: per rescriptum die 13 februarii hujus anni datum, Beatae Virginis Matris Divinae Providentiae Scapulare a Sanctitate tua approbatum illudque benedicendi et fidelibus imponendi ejusdem Congregationis sacerdotibus facultatem fuisse concessam. Nunc autem Sanctitatem Tuam humiliter rogat ut Praeposito Generali *pro tempore,* in locis ubi nulla praedictae Congregationis exstant Collegia, ad hujusmodi Scapulare benedicendum et fidelibus imponendum alios sacerdotes delegandi impertiatur facultas. Et Deus.

Iuxta preces in Domino.

Die 14 Aprilis 1908.

PIUS PP. X.

Scansionato con CamScanner

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi O. P. S. P. A. Magister.

—

IMPRIMATUR

Josephus Ceppetelli Patriarcha Constantinopolitan. Vicesgerens.

Romae, Typis A. Befani, Via Celsa 6, 7.

Scansionato con CamScanner